



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

20. Feria III. Paschæ, de apparit. discip. congregatis facta. Luc. 24.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

Matt. 44 MEDITATIONES IN

11.
Ro. 2.
Iac. 1. à violentis regnum cœlorum rapi. 3. perpende, discipulos non esse illuminatos, dū Christum audirent, sed dum hospitio recepto cœnam apponerent. *Non enim auditores verbi, sed factores iustificantur.* Deinde illuminatos in fractione panis, ad ostendam S. Eucharistiæ efficaciam.

FERIA III. PASCHÆ.

De apparitione discipulis congregatis facta. Luc. 24.

1. **S**TETIT IESVS in medio discipulorum. *Et dixit, Pax vobis, nolite timere.* Considera, nunquam Christum deserere nos, quando in Societate bonorum manemus, sed stare medium, vt duces inter milites, patrem inter filios, caput inter membra, vt mœstos soletur. 2. precari pacem, etiam illis, à quibus erat offensus fugiendo, quia Deus est pacis & consolationis. pacem, nō quam mundus dat, sed quam angelus annunciauit hominibus bonæ voluntatis, pacem animæ cum Deo, cum proximo, & cum se ipso, quæ consistit in tranquillitate bonæ conscientie. 3. hortari, ne timeant Iudæos, qui occidere possunt corpus, sed eum, qui animam & corpus potest mittere in gehennam.

Luc. 2.

Matt.
19.

Turba.

Turbatis, quod putarent se spiritum videre, dixit. (Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum, & ostendit eis.) Considera, antegresso terrore Apostolos in Christi notitiam venisse, quia initium sapientiæ est timor Domini. *Sine timore enim, ait sapiens; nemo iustificatur.* 2. vide quantum laboret Christus, vt discipulos certos reddat de sua resurrectione: offert enim corpus suum, licet iam impassibile, videndum & tangendum offert manus perfossas, vt incitet ad pugnam: latus, vt ad amorem sui alliciat: pedes, vt vocet ad perseverantiam. Cicatrices retinuit, vt indicet nunquam se salutis nostræ depositurum memoriam.

Ecccl. 1.

Deinde, cum adhuc non crederent, partem piscis assi & fauum mellis comedit, & reliquias dedit eis. Considera humilitatem & caritatem Christi, iam gloriosi & Regis regum, quod dignetur cibum sumere cum pauperibus piscatoribus, vt eos lucrifaciat; vt discas benevolè & humiliter etiam cum pauperibus conuersari, si vis eos convertere. 2. considera mysterium, assus enim piscis, fuit sacra eius humanitas assata in veru crucis: fauus autem mellis eius diuinitas sua dulcedine pascens animas electorum. Reliquiæ autem datæ sunt apostolis, & nobis

46 MEDITATIONES IN

& nobis, in sacramento Eucharistiæ, in quo iis quotidie verè & realiter fruimur.

IN OCTAVA PASCHÆ.

Quasi
modo.

De apparitione disci. facta presen-
te Thoma. Ipan. 20.

1. **S**TANS IESVS in medio discip. dixit Pa-
vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto
vos. Accipite Spiritum sanctum, Quorum re-
miseritis peccata, remittuntur eis. Confide-
ra, sicut Christus non est missus in mūdum,
ad regnandum, sed ad patiendum, sic te,
siue sæcularis, siue religiosus sis, missum ad
multa patienda pro Christo, & ad magnos
labores. 2. considera Dei bonitatem, quod
quoad peccata non velit aliud iudicium
institui in cælo, quam illud ipsum quod
hic à sacerdotibus Apostolorum successo-
ribus instituitur in terra. Si ergo vis effuge-
re seuerum iudicium Dei futurum, ne re-
formides iudicium hominis peccatoris &
infirmi, qui compati tibi potest.

2. Post dies octo & Thoma dixit. Infer digi-
tum tuum huc, & vide, &c. & noli esse incre-
dulus sed fidelis. & respondit Thomas. Domi-
nus meus, & Deus meus. Considera incre-
dibilem caritatem Christi, eundem labo-
rem pro solius conuersione Thomæ iam
impen-